

mansisti. R. Dei genitrix, intercede pro nobis.

OREMUS.

DEUS, qui salutis æternæ beatæ Mariæ Virginitate fecundâ ; humano generi præmia præstitisti, tribue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus per quam meruimus auctorem vitæ suscipere Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

A LA PURIFICATION.

AVE, Regina cœlorum,  
Ave, Domina Angelorum ;  
Salve radix, salve porta,  
Ex quâ mundo lux est orta :  
Gaude, Virgo gloriosa,  
Super omnes speciosa :  
Vale, ô valde decora,  
Et pro nobis Christum exora.

v. Dignare me laudare te, Virgo sacra :

R. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

OREMUS.

CONCEDE, misericors Deus, fragilitati nostræ præsidium, ut qui sanctæ